Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



Grossitudine vnius trabis et trium cubitorum lon
gitudine naue penetrasse et ipsam partem dentis
postea aliquibus instrumentis ferreis extrahere neque
runt sed cum sarra naui coequerunt et nulli dubium
nisi nauis rupta fuisset si deus non fuisset tam
acuta et nauem mirabiliter penetrasset Et dum
mirabantur de longitudine huius pistis idem
nauta dixit quod non mirarentur quod pistis vnius
miliaris longus esset in mari quod in strictiori
suo loco quatuor millium et sexcentorum milia
rium esset latum quia in pistina non vnius tractus
baliste pistis vnius vlne longus bene inuenitur
Vidi tamen tres tales pistes iuxta sardinam qui
aquam cum anhelitu in aerem in maxima
quantitate plusquam balista trahere possit proiecerunt
et sonum quasi tonitrui fecerunt Etiam temporibus
meis iuxta insulam tortose talis pistis fu
gando alios pisticulos in terram et siccum se pro
iecit cum maximo impetu aquarum quas ante
se vexit et aque redeuntes in sicco remansit
et omnes habitatores illius loci eius pinguedine
et carnibus sufficiebant Et post modicum tempus
calore solis tabescente tota patria ex eius fetore
et putredine fuit infecta Idem cadauer ut